



Sancti Gregorii Papæ Primi Cognomento Magni Opera

In Tres Tomos Distributa. Ex quamplurimis MSS. Codicibus emendata ;
Additæ Sunt Quædam Notæ in Dialogos & Epistolas ejusdem S. Gregorii

Gregor <I., Papst>

Lutetia Parisiorum, 1675

Præfatio. De Qvatuor Evangelistis, per quatuor animalia designatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75090](#)



S. PATERII LIBER II. DE EXPOSITIONE NOVI TESTAMENTI

PRÆFATIO. DE QVATUOR EVANGELISTIS, per quatuor animalia designatis.

PER sancta quatuor animalia, quæ Ezechieli Prophetæ ostenduntur in *Homil. 1. in visione*, sancti quatuor Evangelistæ, Matthæus videlicet, Marcus, Lucas, & Joannes figurantur: & sub Evangelistarum personis omnes simul perfecti significantur. Nec immerito per Evangelistas quatuor perfectorum omnium numerus exprimitur: quia omnes, qui in Ecclesia modo perfecti sunt, perfectionis suæ reëstitudinem per eorum Evangelium didicentur. Sancta itaque quatuor animalia, per quæ quatuor Evangelista significantur, lucili narratione describuntur ab Ezechiele cum dicitur: *Quatuor facies uni, & quatuor penne uni.* Quid per faciem nili notitia, & quid per pennas, nisi volatus exprimitur? Per faciem quippe unusquisque agnoscitur, per pennam vero in altum avium corpora sublevantur. Facies itaque pertinet ad fidem, penna ad contemplationem. Per *Iona. 10. pastor bonus, et cognosco oves meas, et cognoscunt me mea.* Qui ruisus ait: *Ego scio quos elegerim.* Per contemplationem vero, qua super nosmetipso tollimus, quasi in aërem levamur. Quatuor ergo facies uni sunt: quia si requiras quid Matthæus de incarnatione Domini sentiat; hoc nimirum sentit quod Marcus, Lucas, & Joannes. Si quereras quid Joannes sentiat; hoc proculdubio quod Lucas, Marcus, & Matthæus. Si quereras quid Marcus; hoc quod Matthæus, Joannes, & Lucas. Si quereras quid Lucas; hoc quod Joannes, Matthæus, & Marcus sentit. Quatuor ergo facies uni sunt, quia notitia fidei, quæ cognoscuntur à Deo, ipsa est in uno, quæ est simul in quatuor. Quidquid enim in uno inveneris, hoc in omnibus simul quatuor recognoscet. Et quatuor pennæ uni, quia Dei omnipotentis filium Dominum nostrum Jesum Christum simul omnes concorditer prædicant, & ad divinitatem ejus mentis oculos levantes, pennâ contemplationis volant. Evangelistarum ergo facies ad humanitatem Domini pertinet, penna ad divinitatem, quia in eum, quem corporeum aspiciunt, quasi facies intendant. Sed dum hunc esse incircumscripsum, & incorporeum ex divinitate annunciante, per contemplationis pennam quasi in aërem levantur. Quia itaque, & una est fides incarnationis ejus in omnibus, & par contemplatio divinitatis ejus in singulis, rectè dicitur: *Quatuor facies uni, & quatuor penne uni.* Deinde etiam hæc eadem sancta anima subtilius describuntur, ut per hæc Evangelistatum significari personas, ipsa nobis subtilitas descriptionis aperiat, nihilque sermo Dei nostro intellectui dubietatis relinquat. Dicitur enim: *Similitudo vultus eorum, facies hominis, et facies leonis à dextris ipsorum quatuor: facies autem bovis à sinistris ipsorum quatuor, et facies aquila desuper ipsorum quatuor.* Quod enim quatuor hæc animalia pennata sanctos quatuor Evangelistas designant, ipsa uniuscuiusque libri Evangelist exordia testantur. Nam quia ab humana generatione cœpit, jure per hominem Matthæus; quia per clamorem in deserto, rectè per leonem Marcus; quia à sacrificio exorsus est, bene per vitulum Lucas: quia vero à divinitate Verbi cœpit, dignè per aquilam significatur Ioannes. Qui dicens: *In principio erat Verbum, et Verbum*

*erat apud Deum, et Deus erat Verbum: dum in ipsam divinitatis substantiam intendit, quia si more aquilæ in solem oculos fixit. Sed quia electi omnes membra sunt Redemptoris nostri, ipse autem Redemptor noster caput est electorum omnium: per hoc quod membra ejus figurata sunt, nil obstat, si in his omnibus etiam ipse signetur. Ipse enim unigenitus Dei filius veraciter factus est homo: ipse in sacrificio Redemptoris nostra dignatus est mori, ut vitulus: ipse per virtutem suæ fortitudinis surrexit, ut leo. Leo etiam apertis oculis dormire perhibetur: quia in ipsa morte, in qua ex humanitate Redemptor noster dormire potuit, ex divinitate sua immortalis permanendo vigilavit. Ipse etiam post resurrectionem suam ascendens ad cælos, in superioribus est elevatus, ut aquila. Totum ergo simul nobis est, quia & nascendo homo, & moriendo vitulus, & resurgendo leo, & ad cælos ascendo aquila factus est. Sed quia per hæc animalia Evangelista quatuor, & sub eorum specie simul perfectos omnes jam superius significari diximus; restat, ut quomodo unusquisque electorum istis animalium visionibus exprimatur, ostendamus. Omnis etenim electus, & in via Domini perfectus, & homo, & vitulus, & leo simul, & aquila est. Homo enim rationale est animal: Vitulus autem in sacrificio maestri solet. Leo vero fortis est bestia, sicut scriptum est: *Leo fortissimus bestiarum, ad nullius pavebit occursum.* Aquila ad sublimia volat, & irreverberatis oculis solis radios intendit: omnis itaque, qui in ratione perfectus est, homo est. Et quoniam semetipsum ab hujus facili voluprate mortificat, vitulus est. Quia vero ipsa sua spontanea mortificatione contra adversa omnia fortitudinem securitatis habet, leo est.*

Unde scriptum est: *Inclusus autem quasi leo confidens, absque terrore erit.* Quia vero sublimiter contemplatur ea, quæ caelestia, & æterna sunt, aquila est. Igitur quoniam justus quisque per rationem homo: per sacrificium mortificationis suæ, vitulus: per fortitudinem securitatis, leo: per contemplationem vero exercitetur aquila: restat per hæc sancta animalia signari unusquisque perfectus potest. Quod idcirco dicimus, ut ea, quæ de quatuor animalibus dicta sunt, pertinere etiam ad perfectorum singulos demonstremus. Sed magna nobis de iisdem Evangelistis, & sanctis prædicatoribus questio oritur, cur homo, & leo à dextris ipsorum quatuor: vitulus vero à sinistris ipsorum quatuor esse perhibetur. Neque enim sine mira ratione est, cur duo illa à dextris, & unum hoc esse à sinistris dicatur. Et rursus quæendum est, cur aquila non à dextris, vel sinistris, sed desuper ipsum quatuor esse memoretur. Duas itaque nobis questiones objecimus, quas oportet, ut a sapienti Domino, dissolvamus. Homo igitur & leo à dextris: vitulus vero à sinistris esse perhibetur. A dextris etenim læta: à sinistris vero tristia habemus. Unde & sinistrum nobis esse dicimus hoc quod adversum esse deputamus. Et sicut pœnati sumus, per hominem incarnationem, per vitulum passio, per leonem vero Auctoris nostri resurrectione designatur. De incarnatione autem unigeniti filii, qua redempti sumus, omnes electi lateti sunt: de morte vero illius, ipsi electorum primi sancti Apostoli contristati, qui iterum de ejus resurrectione sunt gavisi. Quia ergo, & nativitas ejus, & resurrectione latitiam discipulis praebuit, quos ejus passio contritavit, homo, & leo à dextris: vitulus vero à sinistris suile describitur. Ipi namque sancti Evangelistæ de ejus humanitate gavisi sunt, de ejus resurrectione confirmati, qui de ejus passione fuerant contristati. Homo ergo, & leo eis à dextris est, quia Redemptoris nostri eos incarnatione vivificavit, resurrectione confirmavit. Sed vitulus à sinistris, quia mors illius eos ad momentum temporis in infidelitatem prostravit. Jure autem locus aquilæ non juxta, sed desuper esse describitur: quia sive per hoc, quod ejus ascensionem signat, seu quia Verbum Patris, Deum apud Patrem esse denunciat, super Evangelistas ceteros virtute contemplationis excrevit: cum quibus & simul de ejus deitate loquitur, hanc tamen omnibus subtilius contemplatur. Sed si aquila cum aliis tribus adjuncta, quatuor animalia esse memorantur: mirum quomodo desuper ipsum quatuor esse describitur, nisi quia Joannes per hoc, quod in principio Verbum vidit, etiam super semetipsum transit: nam nisi & se transiisset, Verbum in principio non vidisset. Qui ergo & scipsum transgressus est, non iam solummodo super tria, sed adjuncto, & se, super quatuor fuit. Præterea de eisdem sanctis animalibus quæendum est, cum singulis distincta imaginibus describantur, ut aliud homini, aliud leoni, aliud vitulo, aliud aquilæ simile dicatur, quid sit quod paulò superius de omnibus simul dicatur: *Similitudo hominis in eis?* Sed quis hic homo describitur, nisi ille, de quo scriptum est: *Qui cum in forma Dei esset, non rapta nam arbitratu est esse se aequali Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servit accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo?* Hæc itaque animalia, ut surgere valeant ad sanctitatis virtutem, ad hujus hominis tendunt similitudinem; sancta enim non essent, si hujus hominis similitudinem non haberent. Quia quidquid in eis de visceribus pietatis, quidquid de mansuetudinis spiritu, quidquid de zelo rectitudinis, quidquid de custodia humilitatis, quidquid de fervore charitatis est: hoc ab ipso fonte misericordie, ab ipsa radice mansuetudinis Dei, ab ipsa virtute justitiae, id est, à mediatore Dei & hominum Domino Deo traxerunt. Hujus se hominis similitudinem habere prædictor egregius ostendit dicens: *Imitatores mei stote, sicut & ego Christi.* Ad ejus nos similitudinem surgere admonet, cum dicit: *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis.* Igitur sicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem ejus, qui de cælo descendit. Sanctus etenim quicunque intantum ad similitudinem hujus hominis dicitur, inquantum vitam sui redemptoris

S. GRE
R. II
P. Bon

imitatur. Nam ab ejus mandatis , & operibus discordare , quid est aliud quam à similitudine longè recedere ? Ad hujus similitudinem hominis surgere festinabat Propheta, cùm diceret: *In mandatis tuis exercebor , & considerabo vias tuas.* Qui enim tacitus in mente vias Domini considerat , & se esse exercere in mandatis illius festinat , quid aliud in semetipso, nisi imaginem novi hominis reformat à Quod quia in sanctorum cordibus incessanter agitur , recte de sanctis animalibus dicitur , quod in eis est similitudo hominis : quia quod sancta , quod mira sunt , hoc in eis de specie similitudinis est , id est , de virtute imitationis.

*Ibid. non
nullis in-
terpositis.
Psal. 118.*

INCIPIVNT CAPITVLA DE EVANGELIO SECUNDVM MATTHÆVM.

- 1 *Liber generationis Iesu Christi filij David, etc.*
- 2 *Ei post transmigrationem Babylonis , Iechonias genuit Salathiel.*
- 3 *Non cognovit eam , donec peperit filium suum primogenitum.*
- 4 *At illi dixerunt ei : In Bethleem Iudea.*
- 5 *Post Baptismum ductus est Iesus in desertum à spiritu, etc.*
- 6 *Si filius Dei es , dic , ut lapides iſii panes fiant.*
- 7 *Affuppsit eum diabolus in montem excelsum valde.*
- 8 *Angeli acceſſerunt , et ministrabant ei.*
- 9 *Vidit Petrum , et Andream: et vocavit eos.*
- 10 *Beati pauperes spiritu , quoniam ipsorum est regnum calorum.*
- 11 *Beati , qui lugent.*
- 12 *Vos estis sal terra.*
- 13 *Videant opera vestra bona , et glorifcent Patrem vestrum , etc.*
- 14 *Nolite putare , quoniam veni solvere legem , etc.*
- 15 *Qui solverit unum de mandatis istis inimicis , etc.*
- 16 *Qui irascitur fratri suo , reus erit iudicio.*
- 17 *Item unde supra.*
- 18 *Si offens munus tuum ad altare , etc.*
- 19 *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam.*
- 20 *Si oculus tuus dexter scandalizat te.*
- 21 *Si quis tulerit tibi tunicam , dimitte illi et pallium.*
- 22 *Attendite ne justitiam vestram faciat is coram hominibus.*
- 23 *Cum facis eleemosynam , nesciat si misera tua.*
- 24 *Amen dico vobis : receperunt mercedem suam.*
- 25 *Tu autem , cum oraveris , intra in cubiculum tuum.*
- 26 *Diligite inimicos vestros.*
- 27 *Item unde supra.*
- 28 *Orate pro persequentiibus , et calumniantibus vos.*
- 29 *Cum jejunatis , etc. Exterminant facies suas , ut appareant jejunantes.*
- 30 *Attendite à falsis Prophetis.*
- 31 *A fructibus eorum cognoscetis eos.*
- 32 *Non omnis qui dicit mihi , Domine.*
- 33 *Fiat voluntas tua sicut in celo , & in terra.*
- 34 *Item unde supra.*
- 35 *Panem nostrum quotidianum.*
- 36 *Dimitte nobis debita nostra.*
- 37 *Ne nos inducas in temptationem.*
- 38 *Si enim dimiseritis hominibus.*
- 39 *Quærite primum regnum Dei.*
- 40 *Domine , nonne in nomine tuo prophetavimus ?*
- 41 *Nescio vos unde sitis.*
- 42 *Item unde supra.*
- 43 *Domine , puer meus jacet paralyticus.*
- 44 *Cacci illuminati diffamarerunt Iesum.*
- 45 *Estate prudentes sicut serpentes.*
- 46 *Quod dico vobis in tenebris , dicite in lumine.*
- 47 *Veni separare hominem , &c. Inimici hominis domeſtici.*
- 48 *Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ.*
- 49 *Quid existis in desertum videre , arundinem vento agitatam ?*
- 50 *Quid existis in desertum videre ? Prophetam : Dico vobis , & plusquam Prophetam.*
- 51 *Adiebus Ioannis Baptiste regnum calorum vim patitur.*
- 52 *Non quod intrat in os , coquinat hominem.*
- 53 *Si quis vult post me venire.*
- 54 *Videte ne coniunatis , &c. Angeli eorum semper vident faciem Patris.*
- 55 *Si in Tyro , & Sydone factæ fuissent virtutes.*
- 56 *Confiteor tibi , Pater , Domine celi , & terra.*
- 57 *Venite ad me omnes , qui laboratis.*
- 58 *Tollite jugum meum super vos.*
- 59 *Discite à me , quia misericordia sum.*
- 60 *Malus homo de malo thesauro profert mala.*
- 61 *De omni verbo otioso reddenda ejstratio.*
- 62 *Colligit primum zizania , & ligate ea.*
- 63 *Mittet Filius hominis Angelos suos.*
- 64 *Item unde supra.*
- 65 *Simile est regnum calorum sagena missa in mare.*
- 66 *Dominus ambulans supra mare.*
- 67 *Quodcumque ligaveris super terram.*
- 68 *Abſit à te , Domine. Non erit tibi hoc.*
- 69 *Reges terra à quibus accipiunt tributa.*
- 70 *Non omnes capiunt verbum hoc.*
- 71 *Vos qui reliquistis omnia , & secuti estis me.*